

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,  
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13673**

DE STATV  
NATVRÆ LAPSAE  
LIBER TERTIVS.

Qui est de viribus liberi arbitrij  
post peccatum.

P R A E F A T I O

**S**I istæ pœnæ, quarum naturam indagamus ac describimus, in seipsis molestæ sunt, effectus, quos in liberum arbitrium operantur, longè gravissimas eas esse testantur. Antequam eos ex Augustino proferamus, cui libertas arbitrij & vires ejus fuerunt perspectissimæ, paucis præmittendum videtur, quid ei ab adversarijs impositum fuit, & quid ipse de superstite libero arbitrio senserit; ne Lector minus peritus arbitretur, Augustinum quasi nullo adversario secum litigante securum, nullaque quæstione pulsatum, de rebus istis magnis & arcanis aliquid re non satis ponderatâ pronunciasse. Nam ad quæstionum quarumlibet decisionem intelligendam, nihil utilius est, quam statum controversiæ quæ inter duos decertantes agitur, & quid quisque eorum in altero reprehenderit, probè penetrasse. Quod quia in quæstionibus non paucis, de quibus Augustinus & Pelagius conflixerunt, vel omnino nescitur, vel ad controversias præsentes accommodatè proponitur, hinc à nonnullis in ipla principia doctrinæ veteris impingitur. Itaque quoties Augustinus aliud quam velint sensisse perhibetur, continuò eum nulla simili, qualis nunc recentiores urget, difficultate pressum fuisse suspicantur, & securè adversus doctrinam ejus insurgunt.

C A P V T P R I M V M.

Liberum arbitrium etiam post lapsum supereft  
in humana natura.

**N**VILLAM calumniam passus est gra-  
vior. m Augustinus à Pelagianis,  
quam quod sub gratia obtentu libe-  
rum arbitrium funditus everteret  
imò negaret. Qua de re diversa loca in præ-  
fatione tractatus de libero arbitrio dedimus.  
Hinc solemnis erat ipsorum querimonia, se  
propter defensionem libertatis arbitrij Pela-  
gianos & Christianos audire. Sicut aut libe-  
rum in hominibus arbitrum, aut Deum esse naſcen-  
tium condiderem dixerit, Celstianus & Pelagianus  
vocatur. Et alibi: *Contra hæc nos quotidie dispu-* Lib. I. ad  
tamus, & ideo nolumus prævaricatoribus adhibere Bonif. c. 13.  
consensum, quia nos dicimus liberum arbitrium in om-  
nibus esse naturaliter, nec Ad peccato perire potuisse:  
quod Scripturarum omnium auctoritate firmatur.  
Scripturas illas magnâ abundantia profere-  
bant, ut initio libri quarti ad Bonifacium, &  
alijs locis videre licet: ut Scripturis recti im-  
maculò invidiam violata fidei subire videren-  
tur. Hinc factum est, ut Augustinum & Ca-  
tholicos tanquam liberi arbitrij negatores pro-  
brofissimo